S. Bartolomeo.

Tertius istorum Rex transtulit Otto piorum
Corpora queis Domus haec sic redimita viget Anno dom. Incarnat. MCXIII. Ind. VII.
+ Quae Domus ista gerit si pignora noscere quaeris (nimm pignora nascere [illegible])
Corpora Paulini sint credas Bartholomaei.
~~Anno dominicae Incarnationis MCXIII. Ind. VII.~~

Grabschrift im Portico bei S. Clemente nach Martinelli p. 91.

+ Tu me cognosce qui perlegis quam breve posse
Est hominis, potui dum qui es ipse fui
Nunc do nil possum quia tantum pulvis et os sum
Sic tu nil poteris quando sepultus eris.
Gloria mundi, honor, eminentia, gratia et opes
Nobilitas, robur, et delectatio. fama
Gaudia vel planctus, genus et sapientia, virtus,
Et furor atque timor, tempus, audacia, pompa,
Dedecus atque decor, plausus, cognatio, proles
Et vigor atque minae, confracta superbia, pestes
Cunctaque praeteream praeter amare Deum.
Sens(?) grammaticale genus et copia rei
Argentum, gens(?), affectio, praedia cuncta
Tandem me moestum voluere linquere fato.
Nam placet sic Christo, tumulo quod claudar in isto;
Sufficit heu nudo, cui non suffecerat aedes
Magna, thorus latus, vestis, nonnulla supellex
Marmoris absque thoro nudus hoc claudor in antro
Cervica culcitra, fulcrum quoque, lintea desunt,
Sunt mihi nulla toga, sunt nec camisia meum,
Est commune mori, mors nulli parcit honori,
Et nec maiori, magno, parvoque minori
Sunt tria, quae prosunt, te recte vivere suadent:
Mors pensata diu, timor et despectio mundi.
+ Superis esto laus
Quod clauditur hic Nicolaus
Boni seniore
Iuris decoratus honore.

Inschrift aus S. Biagio della Pagnotta Martinelli p. 81.

Hoc fuit inceptum renovari tempore templum
Urbis Alexandri Romanae praesulis anni (l. almi?)
Annus erat eius duodenus, et ipse secundus
Annus millenus geminus tunc septuagenus,
Tempore quo verbum concepit Virgo supernum.
Annus in Augusto currebat mense peracto
Sexta diadema et fuerat indictio dena.
Abbas Dominicus meritis et nomine dignus
Hanc aedem coepit, plene complevit et idem
Hicque Crucis lignum posuit venerabile dignum
Et vestem Divae Genetricis quippe Mariae